



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 5. Doctrina Appendicis multos ad desperationem adigit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. V.

Doctrina Appendicis multos ad desperationem adigit.

IN his omnibus una peccatori spes esse potest, divinæ gratiæ subventio. Sed si jam ultro hanc sibi oblatam putet, ut illi dumtaxat sit consentiendum, existimat Deum ex se & sua parte quod suum est jam præstitisse: quod autem reliquum est, à se & suo arbitrio oportere expectari. At se cernit deficere, cernit se etiam volentem & repugnantem pravæ suæ cupiditati succumbere. Experimento discit arbitrii sui infirmitatem. Atque ita facile diffidit id reliquum se præstiturum, ac per hoc conversionis suæ spem, aut in futurum differt aut etiam omnino abjicit, & iterum ut prius ad consueta relabitur.

§. VI.

Rursus ostenditur quod doctrina Manuductionis desperationem arceat.

SEd huic occurrit, atque hanc ei diffidentiae viam claudit ista, quam modo proposui doctrina. Eum quippe jubet